



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

[§. IV. An Monachi seu religiosi possint criminaliter accusare suum
Prælatum.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

sed etiam ab exceptione voluntaria & spontanea, si contra talem inimicum excipiant. *c. Meminimus 13. h. t.*

§. IV.

An Monachi seu religiosi possint criminaliter accusare suum Prælatum.

Responderetur affirmativè, juxta *c. Ex parte 11. h. t.* quia taliter accusando censetur Religiosus procurare utilitatem Monasterij, cujus interest non habere Prælatum malum, ita ut, si proprium peculium non habeat accusator, ex rebus Monasterij expensæ ad litem talem suppeditari debeant. Sicuti autem ab obedientia accusati non absolvitur per talem accusationem accusator, ita nec admitti debet ad accusandum, nisi post præcedentem summariam causæ cognitionem, ut appareat, quo zelo ad accusandum moveatur, alios verò extraneos accusare non possunt Monachi, nisi Monasterij intersit, & licentiam habeant Prælati.

§. V.

An Iudex ex officio repellere possit Accusatorem inhabilem, seu non idoneum, etiamsi pars nihil contra illum excipiat?

Responderetur affirmativè juxta *c. Si legitimus 1. h. t.* & hinc ante omnia inquirendam videtur de habilitate personarum, quæ litigare volunt in judicio; & quamvis Iudex ex officio in bonum reipublicæ repellere possit tales inhabiles, non potest tamen Episcopus familiares

suos, qui ipsum accusare volunt, per exceptionem criminis repellere, si eorum tequam se ab eis accusandum cogitaret, à sua familiaritate non amoveret, videatur jam reprobare eorum monachos prius approbavit. *c. Nulli 1. h. t.* tamen nec per officium Judicis, nec per exceptionem accusati repulsi sunt ad accusando inhabilis de se accusator, processus accusationis tenet, & effectum habebit, ut testatur communis opinio.

§. VI.

An quis obligetur ad accusandum, & utrum accusator desistere possit ab accusatione inchoata?

Ad primam quæstionem non posse interdum contingere, ut in comen in spirituale, vel temporale dicitur Reipublicæ vergat, quod per jurisdictionem seu canonicam denuntiationem averti non potest, ad accusandum quis teneatur, si cumen legitime probare possit, ne suspicioni calumniæ obijciat (cùm pars teneatur, etiam suo proprio incommodo aliquo, bono communi prospicere) de aliis vero criminibus, quæ non tendunt in bonum publicum Reipublicæ, nemo cogitur vitus accusare.

Ad secundam quæstionem non potest quidem accusatorem ante litem inchoatam, in causa criminali, ab accusando desistere, casu quo accusare non reatur; non posse tamen licet post litem inchoatam, per Libelli obligationem, sine consensu Judicis, sepe ipsius etiam Reipublicæ (quia post ceptam accusationem obligatus manet ad probandum, vel ad p-